

II. Liber particularis

Oxford, Bodleian Libr., Ms. Canon. misc. 555, A. 14 Jh. (O); Paris, Bibl. Nat., Nouv. acq. lat. 1401, nach 1278 (P); Rom, Bibl. Apost. Vat., Ross. 421, 1308 (R).

De^a regionibus mundi^a

O: fol. 42^{ra-va}; P: fol. 154^{r-v}; R: fol. 35^{r-v}

Quatuor^b sunt regiones mundi in qualibet zona orbis scilicet orientalis, occidentalis, meridionalis et septentrionalis, et quelibet est sue nature ac proprietatis ad differentiam reliquarum. Sciendo, quod maxima differentia est inter dispositionem regionum zone temperate ad regiones non temperatas. Sed^c omnibus illarum pretermisiss de solis regionibus zone^c, in qua est habitatio nostra, dicamus^b.

De prima regione^d

Regio meridionalis naturaliter est calida et humida. Melius ex ea est distans a mari multum et approximans septentrioni. Iuvamentum eius est, quod inducit largitatem et alacritatem. Nocumentum eius^e est variolis et aliis^f morbis^g, digestionem et intellectui. Remotio nocimenti eius est per confortationem stomachi et capitis cum odoribus^h et electuariis^h. Super hoc dicunt Ypocrates et Dioscorides, quod regiones existentes sub polo meridionali, sicut est Ethiopia, sunt fere contrarie dispositionibus earum, que sunt in septentrione. Quarum complexionibus sunt calide et humide et multarum corruptionumⁱ. Sciendo^k, quod^k earum^l aque sunt plus turbide quam dulces. Et colores incolarum ipsarum sunt nigri. Quibus festinat ebrietas propter debilitatem caputem et humiditatem ipsorum. Ad quorum viscera multum flegmatis descendit, ex quo minuitur appetitus et digestio ipsorum debilitatur^m frigidity nichilominus stomachorum ipsorum^m predicta augente. Quorum etiam dispositiones sunt suaves, vite brevisⁿ et ventres molles propter malam digestionem.

De secunda regione^o

Regio septentrionalis naturaliter est frigida et sicca. Melius ex ea est habens bonas aquas et terram superficie bonam. Iuvamentum eius^p est^p,

a-a) Capitulum de quatuor regionibus mundi P b-b) fehlt P c-c) de omnibus zonis R d) De prima PR; außerdem in P andere Reihenfolge; zona septentrionalis – meridionalis – orientalis – occidentalis e) fehlt R f) fehlt P g) morbis et P h-h) electuariis et odoribus P i) complexionum OR k-k) fehlt P l) quarum P m-m) fehlt R n) fehlt R o) fehlt P p-p) zweimal geschrieben, das erste expungiert R